IOHANNES DE TURRECREMATA

Süddeutscher Raum, 1477 Seite 172r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster





vitiū ingerere ꝫ ~~tedm~~ sm legem tuam aput te institutam
que est ut semp miserearis
Miserere mei quia iam Elegi viam veritatis .i. xpm
imitari et eius legem sequi et iudicia tua quibus iu-
dicas et iudicabis et est illud omnis qui credit in filiū
hominis habet vitam eternam et illud qui non credit iam
iudicatus est non sū oblitus sed illa teneo ī memoria et illa
ea mecū semp tractaui
Non sum oblitus iustitias tuas ꝫ potius Adhesi .i. firmus
et stabilis fui in preceptis tuis quibus voluntatem tuam
testaris et qr hijs adherens anteriorū pctorū indulgen-
ciam merui, queso ne patiaris me de iteratione pcti
confundi
Non tantū adhesi testimonijs tuis sed etiam Cucurri ex-
pedite viam mandatorū tuorū ope exequendo et hoc
ideo qr dilatasti .i. ampliasti cor meū caritate patientia
longanimitate et similibus virtutibus Dixi noli me con-
fundere sed potius Psalmus dauid

Legem pone michi dne
pficere volenti non veterem nimis onerante
et imperfectam sed eam que ad pfectionē iusti-
tie deducat que e sola lex noua et ea habi-
ta exquiram in ea pficiendo semp quamdiu viuam
Et qr nō e satis inquire nisi intelligam quod exquiro
Da michi intellectū ut ad eius alta puenias in quibus
tota lex pendet et pphe et hito intellectu scrutabor legem
tuam pfectius cognoscendo et custodiam illam in toto
corde meo omnis vires meas ponendo ut possim ma-
data tua adimplere
Legem pone dico et etiam Deduc me p gratiam tuam in
semita mandatorū tuorū .i. altiora et strictiora consilia